in puericia; Secundus filius Fredericus, pater principum nostrorum Frederici et Wilhelmi natus fuit anno Domini MCCCXXXII in die Borchardi confessoris; Tercius Balthasar natus fuit anno Domini MCCCXXXVI in die Thome apostoli; Quartus filius ~~Lodewicus~~ Lodewicus natus est anno Domini MCCCXL in crastino Mathie apostoli; Quintus Wilhelmus natus fuit anno Domini MCCCXLIII in ~~vigilia~~ vigilia sancti Thome apostoli etc. Duas habuit filias; ~~Una~~ una fuit abbatissa in Sußelitz, altera nupsit inclito principi burggravio Nurenbergensi. De qua genuit borggravios hodiernos. Hic Fredericus inclitus princeps alienata per Albertum Thuringie lantgravium, avum suum, que pater ipsius non recuperaverat, strenue cepit vindicare atque pacis zelator prudentissimus potencia sua omnibus vicinis suis formidabilis fuit. Nam castrum Eckirsberg in Thuringia obsedit. Raptores regni tunc de Meldyngen dictos de dicto castro expugnavit. Castra Heseler, Willerstete, Rassinberg funditus destruxit atque raptores de hiis penitus exterminavit. Castrum eciam fortissimum Dornburch cum castello vicino adiacenti super fluvium Salam magnis laboribus et sumptibus expugnavit et cepit, quod et nepotibus suis hodierna die reliquit. Castrum eciam firmissimum Friberg cum opido expugnavit et cepit atque raptores exinde eiecit, quod tunc episcopus Merseburgensis pro summa pecuniarum cum aliis castris in pignus[a] ab ecclesia ~~Madeburgensi~~ Magdeburgensi detinuerat. Causam expugnacionis dicti castri Freyberg alias Nuenborg ab hiis militaribus et militibus, qui hoc viderant et presentes in obsidione fuerant, certa relacione audivi sepius ita evenisse. Contigit mercatores Polonos Slesicas cum magnis

atores Polonos Slesitas

XXXII

+f. CCLXXd

Sußelitz

Castrum Eckirsberg obsedit et expugnavit.
expugn.

expugn.
Castrum Friberg expugnavit.

a) pingnus c.

causam ...
Entw.? expugn.

+f. CCLXXIa

Slesitas ? c. T.